

Genes. 3.

Adamus Deo, quod Eua dederit pomum, verum, quod ipse comedit; tunc ait Deus mulieri: Quare hoc fecisti? Genes. 3. num. 13. Deus optime sciebat totam rei seriem, quod serpens cum promississet diuinitatem, eam deceperit, & etiam aperte Domino habebat excusationem, interrogat ergo, vt eam inducat in cognitionem suae miserimae conditionis, vt inde doleat de sua culpa, & eam confiteatur. D. Chrysostronus homil. 16. in Genes. Non hoc ignorans, ait, interrogabat, sed conscius, & valde conscius suam declarat misericordiam, ad illorum se infirmitatem demeruit, & ad peccatorum confessionem prouocat. Rupertus: Mulierem, ait, ad conscientiam vocare voluit, vt recognosceret, & diceret, quia feci.

32. Ioan. 8.

Secundo. Si attentè consideretur hic praesens Christi sermo descriptus à Ioan. hoc cap. 8. inueniamus quod per sex vices quaeritur est Dominus de Iudaeis, quod eius verba nolint audire, nec eis credere, num. 14. 16. 26. 40. 45. & 46. Si veritatem dico vobis, & tamen valde stricte semel, & iterum facit querelam, quod ipsum determinent occidere, num. 40. Quare me interficere hominem, qui vera locutus sum vobis. Tam parè agit de eo quod ipsum velint occidere, & tam multiplicatis vicibus interponit querimoniam, quod ipsum nolint audire, nec eius verba recipere? Doctrina erat Dei. Doctrina mea, non est mea, sed eius, qui misit me Patris, Ioan. 7. num. 16. Interfectio verò ad ipsum referebatur. Vehementiori dolore vulnerabatur Christus ex iniuria, ac contemptu Dei, quam ex occasione, ac amissione propriae vitae.

33.

Plus dolet de iniuria Dei, quam de vicia perditia.

Ioan. 7.

Tertio. Ad idem dubium dicit: Quod verus praedicator acutiore dolore afficitur, cum eius verba auditores animo non excipiunt, quam quod ipsum crudeli morte perire determinent. Post habitum longum sermonem cum Iudaeis, valde seuerè in eos inuehitur D. Stephanus dicens illis: Dura cervice, & meircuncisis cordibus, & auribus vos semper Spiritui sancto resistitis, Acto- rum 7. num. 51. eo quod eius verba, ac Apostolorum nolebant audire, nec credere. Tamen cum lapidatur Stephanus nil durum, ac seuerum in Iudaeos dicit, sed pro eis precatur: Ne statuas illis hoc peccatum. Obturata aures auditorum, cum doctrinae verbum non exciperent grauiore, ac duriores erant Protomartyri quam Iudaeorum lapides ipsum crudeliter vulnerantes. D. Augustinus in Psalm. 132. Quando, ait, debuit Stephanus plus irasci, quando lapidabatur, aut quando non audiebatur? Ecce mitis factus est, cum lapidaretur, & saeuiebat, cum non audiretur.

August.

34.

Magnus dolet de iniuria non cogitat de vindicta.

Luc. 22.

Quarto. Conqueritur Dominus: Quare non creditis mihi? Cur eos pro tanta incredulitate non punit; animus magnus, & prudens, etsi doleat, ac conqueratur de iniuriis illatis, tamen pro sui magnitudine patientiam exhibet, & à vindicta abstinet; cum iam in proximo esset tempus passionis, exhortatur Dominus suos discipulos, vt etiam propriae tunicae venditione gladios coemant. Qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium, Luc. 22. num. 36. Pergit Dominus in hortum, cumque ibi aduentassent Iudaeorum milites ad eum comprehendendum, Petrus zelo feruens ferrum exerit, & auriculam cuiusdam abscindit; tunc diuinus Magister discipulum cohibet, auriculam restituit, & ait: Sinite huiusque, num. 51. Et sta-

tim ait Dominus ad eos, qui venerant: Quasi ad latronem existis cum gladiis, & fistibus. Ad quid Dominus armat discipulos, si ferri officia interdicit? Ad quid illud: Qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Si conqueritur de tanta facinoris turpitudine, cur gladiis indicit ortum, ne in debitam vltionem se exercent? Vt prudens, & sapiens Dominus dolet de tanto facinore contra se perpetrato, quod tanquam ad latronem contra eum exierint; tamen vt valde magnus, & excelsus cum haberet paratos gladios ad poenam, eam dissimulat, & vindictam praetermittit. D. Ambrosius ad citatum locum: O Domine, ait, cur emere me inbes gladium, qui seruire me prohibes? Cur haberi praecipis, quem veritas promi? Nisi forte vt sit parata defensio, non vltio necessaria, & videatur potuisse vindicari, sed noluisse.

Ambros.

35.

Cum in quadam spelunca latitaret Dauid, in eam est ingressus Saul, qui cum maxime à suis exhortaretur, vt eum interficeret, ab hoc abstinuit, sed tantum oram chlamydis eius abscindit, cumque Saul de spelunca esset egressus, & post tergum eius Dauid; ait etiam Regi, 1. Regum 24. num. 19. Quare audis verba hominum loquentium? Dauid querit malum aduersum te. Et postea num. 15. Quem persequeris, rex Israel? Quem persequeris? Carnem mortuum persequeris, & pulcem vnum. De omnibus, quae contra eum fecit Saul, conquestus est Dauid, vt ait hic Abulen. quæst. 19. Sed si de eo questus est, ob tot mala, tantisque persecuciones in eum iniuste illatas, cur ei pepercit, cur suos milites auertit, ne ei mortem inferrent? Vt valde prudens conqueritur de tot pressuris in eum iniquè commotis. At tanquam magnanimus amplitudinem sui animi declarat; quod nec vindictam cogitauerit, nec mortem, vel damnum aliquod ei inferre parauerit. Vnde eleganter ait Martinus Braccaren. Episcopus, qui floruit anno 572. lib. de quatuor virtutibus cap. 2. Si magnanimus fueris, ait, nunquam indicabis tibi contumeliam fieri. Et cum inimicum in potestate tua videris, vindictam punabis, vindicare potuisse; scito enim honestum, & magnum vindictæ genus esse ignoscere.

35.

1. Reg. 24.

Abulen.

Magnanimus non cogitat de vindicta.

Martin.

QUESTIO VII.

Quare Iudaei non credebant Christo Domino, cum veritatem diceret?

36.

Q UOD Iudaei non crederent Domino veritatem praedicatorum proueniebat ex eorum malitia, iniquitate, peruersitate, odio, ac inuidia erga Dominum; ex quibus proueniebat quod ipsi respuentes veritatem, toti essent propensi in mendacium; nam, vt ait Euthymius iam citatus: Si mendacium dicerem, crederetis vrique mihi, quia autem dico veritatem, non creditis mihi. Cuius rei rationem Dominus assignauit supra hoc cap. Ioan. 8. num. 44. dicens: Vos ex patre diabolo estis, ille in veritate non stetit, quia non est veritas in eo, cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius, scilicet mendacij, quia eius suggestionem in omnibus sequuntur, vel vt ait D. Epiphanius haeresi 38. aduersus Cajanos, & Archontias in expositione à me citatus; Ex patre diabolo, non natura, sed imitatione. Et D. Ambrosius lib. 4.

Euthym.

Ioan. 8.

Epiphanius. Ambros.

Basil. Psalm. 17.

Genebr. Mundani non credunt veritati.

37. Psalm. 4. Chrysostr.

Remig. Brunon. Mundani sequuntur mendaciam.

August.

38.

Iudic. 16. Vatabl.

Euitatio mortis, ac denastationis totius reipublicae non exulat vnum mendacium.

Anonym. Damasc.

39.

lib. 4. in Lucam, non carnis successione, sed criminis, quod confirm. ex B. Ba filio ad Eustrachium Sebastiae Episcopum. Mendacium, ait, est diaboli fortis. Ait David Psalm. 17. num. 41. Filij alieni mentis sunt mihi. Genebrardus ex Hebraeo legit: filij adulterij, cum enim essent sub Christo principe, ac parente defecerunt ad diabolum tyrannum, ac atrocem inimicum, cuius ingenium, ac imitationem sequentes mendaciam delectantur. Filij hominum, & quoque graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Psalm. 4. num. 3. Non appellat eos, ait Chrysostronus, filios Dei, sed filios hominum. Videntes filij Dei filias hominum, scilicet vitiorum, prauitatis, ac iniqui parentis demonia, vt interpretantur D. Remigius, Brunonius, & alij; & postea addit: Vt quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium, tanquam in spiritualibus quod ex dilectione vanitatis, seu rerum temporalium, quae sunt vana, vacuae, ac sine substantia proueniat quod tot mendacia dicant, faciant, & sequantur. D. Augustinus: Vt quid ergo, ait, temporalium rerum amore detinemini? Vt quid tanquam prima, extrema scilicet? Quod est vanitas, & mendacium. Ecce pro rebus temporalibus homines mendaciam sequuntur, cum nihil vno mendacio grauius sit.

Vehementer instat Dalila cum Sam sone, vt ei aperiat, in quo sit sua maxima fortitudo, & quod ligatus erumpere nequeat, cui ille dixit, quod si septem neruicis funibus colligaretur, quod cum illa eo obdormiente fecisset, exclamassetque: Philistin super te Samson, facillimè ille ea vincula rupit; cum mulier iterum instasset pro indaganda veritate, cum illèque dixisset, si septem nouis funibus alstringeretur, quod cum fecisset mulier ita ille ea rupit, ac veluti si essent fila telarum; cum tertio mulier multiplicaret preces, dixit illi Samson, si septem crines capitis mei cum licio plexeris; à quibus ille facillimè se expedivit. Tunc adiunxit ei mulier dicens: Per tres vices mentitus es mihi, & noluit indicare, in quo sit maxima fortitudo tua, Iudic. 16. num. 15. Vatabl. legit, Iam ter me sefellisti. Quo audito obtulit quidem Samson, & nec verbum quidem respondit. Res valde mira, arguitur ille cum esset persona grauissima, iudex, ac caput totius populi Israelitici de mendacio, ac falsitate? Cur tacet, & non responderet? Siquidem nunquam nullus alius potuit maiorem excusationem proferre pro se: poterat enim ille dicere, arguis me de mendacio erga te, optimè sanè in hoc facio; nam tu me vis proderè in manus inimicorum meorum, vt me morte, ignominia, ac opprobrio afficiant, vt inde morte mea totus meus populus pereat, ac deleatur. Attamen Samson tacet, & premit eos. Apud se fixum statuit Samson mendacium adeò turpe, & enorme esse, quod etiam euitatio, ac declinatio cuiusdam prodicionis, mortis, contumeliam, ac damni totius reipublicae, ac vniuersi populi non esset sufficiens excusatio, ac satisfactio, vnius mendacij, ac falsitatis, & proinde veluti homo, qui pro se non habet adaequatam rationem, ac purgationem, non responderet, sed omnino silet; tantam deformitatem seu enim mendacium importat, vt dicit Anonymus citatur à D. Damasceno lib. 3. Paralelo. cap. 17. Extrema improbitatis linea est mendacium.

Arguit Abimelech Abrahamum, quod cum Sylueira in Euang. Tom. I V.

ingredetur Gerarum dixisset, quod Sara esset soror sua; cum euident fieret, quod coniux eius existeret; cui respondit Abrahamus, Cogitans quod interficiant me propter uxorem meam. Et ideo dixi quod soror mea esset, & addidit Abrahamus: Alias autem & verè soror mea est, Genes. 20. num. 12. More gentis suae hoc dixit; con sanguineos, ac nepotes fratres vocabant, Sara enim filia erat fratris sui Aran. Sufficiens videbatur, quod ad excusandum se Abrahamus, dixisset illud fuisse à se dictum ad euitandum imminens mortis periculum propter eximiam Sara pulchritudinem; quia quamuis soror non esset, videbatur sufficiens satisfactio ad illud asserendum mortis discrimen effugere, ad quid addidit Abrahamus, quod alias soror sua esset: tam ignominiosum mendacium iudicauit, vt illius adaequatam expurgationem mortis declinationem non reputauerit, nisi alias rei veritas ita subsisteret; & ita alias pro suo honore iurando addidit: Quod alias soror mea est. D. Odo lib. 18. moralium, cap. 27. Scriptum est, os, quod mentitur, occidit animam, & perdes eos, qui loquuntur mendacium, hoc mendacij genus (scilicet leuioris culpae) perfecti viri summo opere fugiunt, vt nec vita cuiuslibet per eorum fallaciam defendatur, nec sua anima noceant, dum prestare carni munitur aliene.

Genes. 20.

Mortis declinatio non excusat mendacium.

D. Odo.

Ioan. 8. n. 47. Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

VERSIO

Qui ex Deo existens.

EXPOSITIO II.

OSTENDITUR se Christus Dominus ostendit putum, ac immunem ab omni culpa, & crimine, aliorum improba facta arguit, & optimo sanè ordine, nam efficacia correctionis integritas, ac puritas est corrigentis. Et quia, vt notat ex D. Antonio in fine superioris expositionis, cum Christus iam manifestasset suam doctrinam veritatem, suaeque vitae sanctitatem; nunc declarat, quod ipsum non audiant ob eorum malitiam, ac duritiam. Qui ex Deo est. Hoc est qui Dei spiritum, instinctum, ac nutum sequuntur, ad ipsum, eiusque mandata dirigunt mentem. Quicumque enim spiritu Dei aguntur, & sunt filij Dei, Roman. 8. sicut supra num. 44. hoc cap. 8. Ioan. dicuntur ex patre diabolo, qui eius suggestionem sectantur, sic dicuntur ex Deo, qui eius spiritu mouentur. Verba Dei audit. Intelligit, recipit, ac credit; seu vt ait Hugo, obedit. Ex his ad quae quis mouetur, ac applicatur, optimè eius animus deprehenditur. Propterea vos non auditis. Assignat Dominus causam cur non ipsum, sed diabolum tanquam suum parentem sequantur: Propterea vos non auditis, recipitis, ac creditis. Notat Caietan. quod non dixit propterea vos non auditis verba Dei, sed ait, non auditis. Vt intelligamus eadem esse verba ipsius, & verba Dei, & qui non credit verbis Iesu, non audit verba Dei. Quia ex Deo non estis: quod explicans D. August. ait, tractat. 42. Sunt isti natura a Deo, visio non ex Deo.

40.

Efficacia correctionis integritas corrigentis.

Rom. 8.

Hugo.

Caietan.

August.



41. August. Gregor. Titelm. Carthuf. Coler. Maldoa.

D. Augustinus citatus, D. Gregorius homil. 18. in Euangel. Titelm. Carthufianus & alij interpretantur, quod ille dicitur esse ex Deo, qui a Deo predestinatus, & electus est, quod hic verba Dei audit, & propterea vos non auditis, quia non predestinati, sed reprobati estis a Deo. At hic sensus quamuis sit accommodatius, non tamen est literalis, vt obferuarunt Toletus, & Maldonatus. Nam causa, cur Iudaei non audiebant Christum, non erat eorum predestinatio, vel reprobatio, sed eorum obduratio; nam multi ex his, qui tunc non crediderunt, postea predicante Petro, ac Apostolis crediderunt, & salutem sunt affecturi, vt constat Actorum 2. num. 41. & viceuersa, aliqui qui pro tunc credebant Christo, postea a fide defecerunt, ideoque damnati sunt, vt colligitur Ioan. 6. num. 67. ergo causa cur quando Christus hac predicabat, Iudaei non audiebant, non erat quod ipsi non essent predestinati, sed eorum obstinatio, quae in eis praexistebat.

Act. 2.

Ioan. 6.

QUESTIO VIII.

Quid sit Dei audire verbum?

42.

Bernard. Luc. 11.

Denter. 6. 1 Reg. 3.

Psal. 84.

43. Gregor.

Ille verè audit, qui opere adimplet auditum.

44. Genes. 24.

Chald.

Audita opere adimplet auditum.

Ambros.

EST illud, vt iam dixi in expositione, mente, ac animo recipere, illudque opere adimplere, illique credere, ac obedire. Pro quo accipe D. Bernard. serm. 28. in Cantica. Agens de illo auditu, quo dicuntur Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiant illud, Luc. 11. num. 28. tunc licet pergit sanctus Pater: Talem, ait, requirit auditum, qui mandat: audi Israel, Deuteronom. 6. num. 3. Talem offert, qui ait: Loquere Domine, quia audit seruus tuus, 1. Regum 3. num. 9. & 10. Talem spondet, qui dicit, audiam quid loquatur in me Dominus Deus, Psal. 84. num. 9. Pro quo ad hac nostra verba Euangelij ait D. Gregorius homil. 18. Sunt nonnulli, qui libenter verba Dei suscipiunt, ita vt etiam in sceleribus compungantur: sed post lachrymarum tempus ad iniquitatem redeunt; hi profecto verba Dei non audiunt, quia hac exercere in opere contemnunt. Quis enim magis dicitur audire verbum Dei, quam ille, qui ex eius auditu in lachrymarum imbres se profundit? Is ergo dicitur verus verbi Dei auditor? Minime sane. Vt enim quis sit verus Dei auditor, ac ad portum salutis veniat, non tantum sufficiunt lachrymae, sed simul cum ipsis virtutum opera requiruntur, tunc verè auribus percipit Dei verbum, quando simul manus ad opus adhibetur. Tacite Rebecca contemplabatur Eliezer, quae postquam potum ministravit eius camelis: Tulit vir in aures aureas appendentes scelos duos, & armillas totidem pondi scelorum decem, Genes. 24. num. 22. seu vt clarius habet Chaldaicus: duas armillas super manus eius. Pro exigua aqua tam liberaliter se habet homo, vt non solum in aures aureas, sed etiam insuper aureas armillas largitur? Et cur cum in aures aureas non obtulit alia dona, sed armillas aureas. Rebecca animam fidelem significabat; in aures verò auditum, & armillae operationem adumbrabant; merito Rebecca in aures, ac armillas adornatur, quia anima fidelis dum aures praestat ad audiendum Dei verbum, simul manus applicat, vt opere adimpleat; quae audiuit, D. Ambrosius lib. 1. de Abraham, cap. 9. In aures, ait, Rebecca per auditum insignia, & virria, (id est armillae) Rebecca ornamenta factorum sunt.

Has in aures habebat, quae non grauaurent aurem, sed demulcerent: has virrias, quae manum non materiali auro ornarent, sed spirituali actu leuaurent. Et tu sume in aures; quas tibi Abraham reliquit: sume, quas transfudit virrias. Audi verba Domini Dei tui, sicut ipse audiebat: exequere iussa, sicut ipse properauit implere. Vide multa tom. 1. 2. ac 3. verbo Audire.

Aduerte pro maiori doctrina, quod Glossa Interlinealis habet: Quis ex Deo est, verba Dei amat. Tanquam idem sit amare, ac audire; solus ille, qui verè amat, audit: tam efficax est interior affectus, vt in exteriores sensus exuberet; & quod solius est intellectus, ac voluntatis proprium exteriori sensu percipi dicatur. Cantant mulieres. Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Subdit facer Textus: frater est autem Saul nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste, 1. Regum 18. num. 8. Sermo non displicet nisi tantum intellectui: sic ait Carthufianus: Intellectui suo displicens fuit sermo iste. Sic etiam exposita legatione Machabaeorum Romanis dicitur. Placuit sermo in conspectu eorum, 1. Machabaeorum 8. num. 21. Quod ad intellectum spectat, scilicet placere, vel displicere oculis tribuitur, sic affectus interior aperit, vel obturat externos sensus, vt illis dicatur intelligere, placere, vel displicere.

Ioan. 8. n. 48. Responderunt ergo Iudaei, & dixerunt, nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & daemonium habes?

VERSIONES.

Arius. Nonne pulchre dicimus nos? Syriacus. Nonne bene dicimus nos te Samaritanum esse? Theophyl. Eu-thymius. Quod Samaritanus estu.

EXPOSITIO III.

RESPONDERUNT ergo Iudaei: multo tumultu vociferantes, vt alto vocum clamore suam falsitatem, ac malitiam obtegerent. Et quia cum ex Deo non essent, verba Dei non audiebant; stimulatim enim erant Iudaei, cum Dominus eis eorum peruersitatem obiecerit. Hoc cap. 8. vers. 43. Vos ex Patre diabolo estis: tum etiam quia Dominus eis suam innocentiam ac puritatem declarauerat. Quis ex vobis arguet me de peccato? Et propria malitia obiecta, ac alterius innocentia declarata grauius percussit, ac vulnerat inuidos inimicos, qui maxime de alterius sanctitate dolent; vt ait D. Cyrillus lib. 8. Tanquam furore exagitati prorumpunt in iniurias, & falsis eum probris laceffunt: quia vera, quae illi possent ingerere, non inueniunt. Nonne bene dicimus nos. Hoc est verè dicimus, & dicere solemus. Nam cum, vt Origen. tom. 26. in Ioan. Chrysof. Alcuin. D. Thom. D. Bonauent. aiunt, non legatur alio in loco Dominum à Iudaeis Samaritanum vocatum, tamen datur hic intelligi quod consueuerunt Dominum Samaritanum vocare, sicut de eo dicebant, quod daemonium habebat. Samaritanus es tu, Samaritanus à Iudaeis reputabatur.

45. Glossa. Voluntas exuberat in sensus externos.

1. Reg. 18.

Carthuf.

1. Mach. 8.

1. Reg. 18.

Act. 26.

48.

Christi veritas reicitur, mendacium approbatur.

46.

Ex sanctitate alterius dolet iniuriarum.

Cyroll.

Origen. Chrysof. Alcuin. D. Thom. Bonauent.

tatabatur tanquam schismaticus, qui res Iudaicas adulterabat. Et daemonium habes. In cuius nempe virtute operaris miracula. Cum ergo non possent Iudaei innocentiam, ac sanctitatem de aliquo peccato arguere, ad conuictia falsè se conuertunt, vt iam dixi ex D. Cyrillo, & iterum statim dico.

QUESTIO IX.

Quare tam contumeliosè respondent Iudaei: Nonne bene dicimus nos, & expendantur haec verba?

47.

Constituta in iniuria prorumpit.

Cassiodor.

Act. 26.

48.

Christi veritas reicitur, mendacium approbatur.

D. Thom.

Caictan.

Matth. 15.

Bernard.

49.

Mendacium multitudine obtegere voluit Pharisaei.

verba essent mendacia, & falsa, multitudine, ac numerositate palliare, ac cohonestare voluerunt.

Vt meum Iesum è domo Pontificis adducerent Iudaei ad Pilatum ait D. Lucas 23. num. 1. Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum. Stabat innocentissimus Agnus inter carnifices comprehensus, ac funibus ligatus, ad quid ad eum adducendum confluit omnis multitudo seniorum Pharisaeorum, scribarum, ac Iudaeorum, cum ad hoc pauci homines sufficerent, vel saltem parua pars? Ad quid omnis multitudo. Praeclare D. Bonau. Multitudo venit, ait, vt quam ratione superare non poterant, saltem vincebant multitudine. Factum illud comprehensionis Iesum totum peruersum, ac malignum erat contra omnem iustitiam, ac rationem; cum ergo nec iustitia, nec ratione posset comprobari, saltem omni concursu, multitudine maiorum, & minorum stabilire, ac nobilitare iniquè praetendunt.

Vrgente bello postulat Saul à muliere Pythonissa, id est, habente daemonem familiarem, Samuelem mihi suscita: aitque illi mulier; Deos vidi ascendentes de terra, 1. Reg. 28. num. 3. Mulier vnum tantum senem Samuelem vidit, vt ipsa postea subiicit: Vir senex ascendit. Quomodo ergo ait Pythonissa cum vnum viderit, quod multi essent, eosque Deos appellat. Caietan. Cum tamen vnum viderit, sed veneranda specie propterea honorabiliter loquens appellat eum in numero plurali Deos ascendentes. Cum vnus se exhiberet multos, appellat venefica. Video Deos ascendentes. Intentant illa suam iniquitatem, daemonis pactum, ac veneficium obiecta multitudine inuoluere, ac obtegere.

QUESTIO X.

Quare proposita veritate à Christo, Iudaei se obiciunt blasphemis, & lapidibus?

DIXERAT Dominus: Si veritatem dico vobis, blasphemis, ac tandem ad lapides concurrentes respondent Iudaei. Res valde mira, olim cum Deus in vmbra, ac forma quadam apparenti se exhiberet; in multa veneratione erat apud antiquos Patres. Sic Abrahamus cecidit in faciem suam, Genes. 17. n. 3. & 17. similiter Isaac, Iob & alij Venitque ipse Dei filius in veritate carnis in mundum, tunc multis iniuriis, blasphemis, lapidibus, cruce, ac morte exosus habetur. Eleganter D. Chrysolog. serm. 131. Si toties, ait, Deus in figura hominis videretur, quid est cur Iudaeus hominem videns Christum, sic exasperatur? nisi forte figura, honor, veritas putatur iniuria. Vmbra, & figura deputatur honori firma, & stabilis in iniuria habetur.

Ad nostram quaestionem tria in praesenti Euangelio continentur: veritas, blasphemiae, ac lapides. Veritas, ait Christus Dominus: si veritatem dico vobis. Blasphemiae iniquitatem Iudaei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & daemonium habes? Lapidibus, Tulerunt lapides, vt iacerent in eum. Tria haec non distincta, sed multum connexa, ac cohaerentia sunt inter se ex audita veritate frequens consequentia, vt ex circumstantium ore, ac manibus blasphemiae, & lapides profiliunt. Vnde eleganter dixit Cassiodorus lib. 2. Variar. Cum veritatem proclamas, constantia, ac potentia circumsinge. Constantia ne ab illa retrocedas, patientia vt pro illa multa patiaris.

50. Luc. 13.

Bonauent.

Mendacium multitudine palliatur.

51.

1. Reg. 28.

Caictan.

Iniquitas multitudine obtegitur.

52.

Genes. 17. Veritas reputatur iniuria Chrysolog.

53.

Veritatem insectantur blasphemis, & lapides.

Cassiodor.